



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Studium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

386 S C R V P V L V S.

res intra claustra mulieres , suspen-
sione à diuinis ligantur. Decimoter-
tiò , suspenduntur item Regulares,
qui ex administratione Eucharistia ,
Extremæ Vnctionis , & solennisa-
tione Matrimonij , aut quacumque
absolutione indebita aliquid acqui-
sierint; nisi postquam fuerint requi-
siti intra mensem restituerint, do-
nec satisfecerint. tom. 3. q. 65. art. 2.

Suspensiō generaliter lata contra
Regulares , comprehendit Præla-
tos , non tantū Conuentuales, sed
etiam Prouinciales , & Generalem,
quia in hoc non est eadem ratio eo-
rum cum Episcopis, quorum suspen-
sio multis affert detrimentum spiri-
tuale. art. 5.

S C R V P V L V S.

Quomodo differat scrupulus à
dubio, & quæ sint remedia con-
tra scrupulos tam in generali, quam
in particulari, vide tom. 3. quæst. 66.

S T V D I V M.

Vide Agere, Lectores, Ordo sacer.

Solis Abbas sine consensu Con-
uentus , petito tamen consilio,
potest

poret mittere Fratrem ex Monasterio ad studia. *tom. 3. q. 67. art. 1.*

Abbate autem eam licentiam recusante Monacho etiam sine causa, nequit eam concedere Episcopus. Non est prohibitum Regulari audire Canones, licet in adiumentū non nullæ leges doceantur: bene autem leges ciuiles simpliciter. *art. 2.*

Sed quamvis non liceat eis studere legibus propter se, licet tamen propter commodiorem intelligentiam Canonum, ad quod maxime conductit legum cognitio. *art. 4.*

Imò probabile est, Legatum à latere, qui in leuibus venit nomine Sedis Apostolicæ, posse dispensare cum Regulari, ut audiat leges, & Physicam. *art. 5.*

Legatum relictum Fratri Minoris, licet non valeat communiter, vallet tamen relictum causa studij; quia censetur esse relictum ad pias causas. *art. 8.*

De scientia requisita, & necessaria Religiosis; & quomodo ipsis licet studere Philosophiæ ad finem Theologiæ, vide *tom. 3. quest. 64.* *art. 5.*

B b 2 Regu

spes-
oter-
lares,
istia,
anisa-
mque
cqui-
equi-
, do-
t. 2.
ontra
ræla-
es, sed
alem,
o eo-
spea-
spiri-

lus à
con-
quām
.66.
er.
Con-
silio,
potest

388 TAVROR. AGITATIO.

Regularis dimisso habitu sine licentia audiens leges , aut Medicinam ; & Doctor eum in scholis temerè detinens , & docens , ambo excommunicantur excommunicatione Papali , si tamen effectus sequatur : nam licet Regularis sit eo animo egressus claustro , si tamen mutet consilium , v. g. studeat licetis , neque ille , neque participans eam incurruunt , licet aliam non evadant . art. 3. & q. 64.

S Y N D I C V S.

Vide Procurator.

TAVRORVM AGITATIO.

Olim constitutione Pij V. prohibebantur taurorum agitacionibus interesse omnes Clerici , & Regulares etiam Feriatis diebus , & sine scandalo , sub excommunicatione ferenda ; quam quidem Clem. VIII relaxauit quoad Clericos , sed confirmauit quoad Regulares ; unde iam eis non licet quacunque intentione , sub peccato mortali . to. 3. q. 68. ar. 1.

Hoc præceptum se extendit etiam ad Canonicos Regulares , cum fundetur